



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

## XVIII.

**I**N Monte S. Archangeli MICHAELIS, Sigeberga, B. Presbyteri WINIBALDI, cuius potior Reliquiarum pars eâdem, quâ corpus S. BENIGNI sacrâ Urnâ continetur. Ex Chron.

## XIX.

**M**EGENGOR Geldria Comes, militari scientiâ eximius, eôque nomine OTTONI eius nominis Tertio cum primis charus, qui cum unicum â Coniuge GERBERGA filium sustulisset, & hunc ipsam in bello Bohemico, ac primo illius ætatis flore amisisset, eo Filij casu monitus Pater, suas in tuto opes collocare didicit, easque Cœnobio, cui ADELHEIDAM Filiam præfecit, ex asse dedit & assignavit. Ipse quoque totâ mente à mundo abesse cum non posset corpore, Castitatem deinceps cum GERBIRGA suâ colere, lectioni Sacrarum litterarum se dedere, denique in oculis nil præter mortem, & æternitatem habere cœpit, ne mors imparatum offenderet, quam lætus animo paratissimo excepit. Ab eâ Adelheidi Abbatissæ primùm uisus, hæc ei Psalmistæ verba blandissimè edixit; *Ecce quomodo moritur justus, & nemo recogitat!* Tum alteri